

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5062

Auteur(s) : Adrien IV [pape]

Bénéficiaire(s) : Nicolas, Le Plessis-Grimoult, Saint-Étienne (prieur)

Bénéficiaire(s) : Le Plessis-Grimoult, Saint-Étienne (prieuré)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1156, 16 février

Lieu d'émission : Bénévent

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Adrien [IV] prend l'église de « Campo Osberti » (prieuré Le Plessis-Grimoult) sous sa protection et confirme les biens de ladite église.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 84, p. 169-171.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2^eéd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 10146, t. 2, p. 116.

Texte établi d'après a

Adrianus episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Nicholao priori ecclesie de Campo Osberti eiusque fratribus tam presentibus quam futuris canonicam uitam professis in perpetuum. Quotiens illud a etc. Eapropter ... ad exemplar predecessoris nostri felicitis memorie Anastasii pape sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes, ut ordo canonicus, qui secundum Deum et beati Augustini regulam in eodem loco noscitur institutus, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Preterea quascumque possessiones etc. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis : Campum uidelicet Osberti, in quo ecclesia ipsa sita est, ecclesiam sancti Stephani in castro, quod Plaussitium appellatur, cum decimis, terris, hominibus et aliis appenditiis suis, terras, quas Sanson Plessei in feodo tenebat, ecclesiam de Rullos, ecclesiam de Breteuilla Rabel, ecclesiam de Campo Andree, ecclesiam de Monte Calueti, ecclesiam de Cahendoleto, ecclesiam de Troitemer cum capella sua de Inferneto et ecclesiam de Campellis cum decimis et omnibus earum pertinentiis, ecclesiam de Stupefurno cum capella de Fontanis et parte decime, quidquid habetis in ecclesia de Felgerolis, in ecclesia de Bruleio et ecclesia sancti Uigoris de Maseriis, capellam de Cornuto, ex dono Philippi Baiocensis episcopi prebendam de sancto Iohanne Blanco cum appenditiis suis, molendinum de Escuris, molendinum de Plesseyo, ex dono Willelmi Tanetin uiginti acras terre in Raneriomensnil et dimidiam acram uinee et II acras terre in Airam, ex dono Radulfi Bigot mansuram unius uauassoris ad Malestree, mediatorem unum in

parrochia Plesseii, terram de Cruce Ameline, terram de Buisno, decimam foreste de Plesseyo et ligna tam ad focum quam ad edificia in eadem foresta. Decernimus ergo etc., salua sedis apostolice auctoritate et dyocesani episcopi canonica iusticia. Si qua igitur etc. Cunctis autem etc. Amen. Amen. Amen.

R. Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ss. BV.

† Ego Imarus Tusculanus episcopus ss.

† Ego Cencius Portuensis et sancte Rufine episcopus ss.

† Ego Guido presb. card. tit. sancti Grisogoni ss.

† Ego Hubaldus presb. card. tit. sancte Praxedis ss.

† Ego Manfredus presb. card. tit. sancte Sauine ss.

† Ego Iulius presb. card. tit. sancti Marcelli ss.

† Ego Octavianus presb. card. tit. sancte Cecilie ss.

† Ego Iohannes presb. card. sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.

† Ego Iohannes presb. card. tit. sanctorum Siluestri et Martini ss.

† Ego Oddo diac. card. sancti Georgii ad uelum aureum ss.

† Ego Iacintus diac. card. sancte Marie in Cosmydyn ss.

† Ego Iohannes diac. card. sanctorum Sergii et Bachi ss.

Dat. Beneuenti per manum Rolandi sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii XIII kal. marcii, indictione IIII, incarnationis dominice anno M°.C°.LV°, pontificatus uero domni Adriani pape IIII anno secundo.